

Inclytæ Saxonum Magno-Witi-

kindeæ Stirpis Germina Florentissima,
Serenissime, Reverendissime, Illustrissimi ac Celsis-
simi Principes ac Domini,
Domini Gratosissimi, Clementissimi,



*N*aulis Magnatum, in subselliis li-
teratorum, in convivii & conventiculis plebeio-
rum, & infima sortis rugatæq; frontis hominum,
mirum, qui varij moventur discursus & habentur
sermones: Jam differitur, venationes planè esse
illicitas & admodum notuas; jam contra asseri-
tur, easdem esse licitas, maximèq; proficuas, Virisq; Principi-
bus dignas atq; concessas. Ut ut ergò sit, ponderatis & congestis
undiq; rerum momentis, hanc, quam videtis, Serenissimi Illustris-
simi Principes ac Domini, Domini clementissimi, ἀντεξέτασις τῆς
κυνησίας institui, privatoq; studio horum subcisiuis mente char-
taq; concepì, adeoq; eandem in lucem publicam proferre, & V. V. V.
V. Illustrissimis Oculis subijcere, V. V. V. V. C. C. C. C. inscribere, &
humillimo animo offerre & consecrare volui. Agite igitur Prin-
cipes Serenissimi, Illustrissimi, Domini Clementissimi, clementissi-
mè munus hoc chartaceum à me suscipite; Etsi enim luculentius
ante Oculos adeò Illustres, Animosq; adeò eminentes ac Se-
renissimos proponi oportebat, Observantia & subjectionis epidig-
ma ac monumentum; quia tamen juxta Plutarchi ad Cæsar.
Trajan. Apophthegma non minùs regium, summæq; huma-
nitatis, parva lubente faciliq; suscipere animo, quàm ma-
gna largiri: nullus dubito, exiguum hoc munus perinde ac si ma-
gnum foret à V. V. V. V. Celsitatibus gratiosè susceptum iri.
Quod si hanc τῆς κυνησίας ἀντεξέτασις V. V. V. V. Celsitates clemen-